

3828 Tibure SVAR. Est frustulum marmoris adhibitum in pavimento ecclesiae S. Mariae del Carmine, fortasse originis urbanae, cf. supra ad n. 3568.



Descripsi. Suaresius cod. Vat. 9140 f. 203. V. 2 Suaresius habet QVINTIA.

3829 Tibure.

QVINTIA
QVINTA
AN · XXI
H · S · E · S · T · T · L

Muratori 1734, 9 'e schedis Ambrosianis'.

3830 rep. anno 1749 Tibure ad viam Flaminiam GORI (symb.), trov. in Tivoli sulla strada Flaminia COD. MARVC. Locum Tivoli dictum situm ad viam Flaminiam nullum novi, videturque error subesse; nihilominus recepi.

Q RABVL^eI
VS · Q · L · CELE^r
LVCANA
CE/ERI^s
5 IN · FR · P · XII
IN · AG · P · XII

*Gori exhibet ligno incisam in codice nunc Marucelliano A 213 f. 253, item in Symbolis litterariis vol. 4 (1749) p. 142 laudans epistulam Belgradii datam Parmae d. 4 Apr. 1749 (ex Symbolis repetiverunt ephemeris *Novelle Fiorentine* 1750 p. 166 et Donati 421, 4 et 426, 21).

1. 2 RABVLP|VS, deinde CELE, 4 CETERI traditur.

3831 tabula marmorea. Tibure in S. Alexandri BRVN. Nella via che conduce alla tenuta di Midriano ora Vitriano REV. Sulla porta di una vigna LVP. (Vat.), similiter LVPI (ed.). Tibure in aedibus Boschi ZOEG. MAR. Apud Violam VIOLA. Extat adhuc in aedibus ubi habitabat Viola.

D · M
HIC · SITVM · CORPVS
RESTITVTES · QVAE VE
sic RAE ET · NOMINE · ET
5 MORIBVS RESTITV
TA · VIXIT · ANNIS · XXI
BENE · MERENTI · F/

Recognovi. Brunelleschi f. 69'; Revillas sched. Berol.; Lupi cod. Vat. 9143 f. 90' (misit Lesleus), Severae epit. p. 131; Vulpi diss. dell' accad. di Cortona II p. 182; Murat. 1736, 4 ex Vulpio et Lupio; Zoega ms. p. 576, 13; Marini ms. Vat. 9127 f. 256; St. Viola giorn. arc. 119 (1850) p. 276.

3832 rep. nella vigna del curiale Carlo Tuzi vicino alla villa Adriana in Tivoli.

RVBELLIA · L · L
ONOMASTE · FEC
ASTO · FILIO · V · A · II

Henzeno descripsit Pellegrinius.

3833 Tibure rep. anno 1844 a dextra Anienis nel fondo delle monache mantellate.

P · RVBRIV
BARBA
P · PETTRON · V
CLEMENS

St. Viola decennio p. 207; Bulgarini notizie p. 102.

1 RVBRIO, 3 PETRONIO (omissa v) Bulg. — A dextra lapidem esse integrum vult Viola. *Sembra sia mancante alla destra, ma non è. Il secondo v di Rubrius è mancante dell' asta sinistra. La terza linea termina col v. Il marmo non è rotto in alcuna parte.* Qua in re sine dubio oculi eum fefellerunt.

3834 Tibure in domo Ioannis Stephani in vico Scuole IVC. (Ver.) [in vico Luculae, cod. Marc. et Donius]; in S. Silvestri ACC. BRVN.

D · M
T · RVBRIVS · NEPÓS
HAGNO · LIB
ET · NVTRICIO · SVO
5 BENEMERENTI · FÉCIT

Iucundus Ver. f. 133, Marc. XIV 171 f. 94 (inde pendet Donius cod. Barb. p. 165 'ex libro ant. ms.'; ex hoc rursus Fabretti 143, 158 ex schedis Barberinis; ex Fabrettio Vulpi Lat. 10 p. 664); Brunelleschi f. 68'; Accursius ms. f. 3; Mancini apud Metellum f. 346'.

Vv. divisionem retinent omnes excepto Iucundo. — Apices dedi ex Accursio. — 2 NEP Brun.

3835 Tibure in Sancto Petrucio.

DIS MANIBVS
L RVSTICELI PHILOMVI
RVSTICELIA TRIVMPHALIS
CONIVGI OPTIMO

Sieder f. 75 (inde Rambertus Pat. f. 141; Murat. 1397, 5); cod. Ottob. 2970 f. 21'.

Versuum divisionem neuter ex auctoribus videtur servavisse. — 1 D·M, 2 L·RVSTICEL·PHILOMVS Ottob.

3836 Tibure in Sto Ilio(?).

... SABIDIN ...
... IR · MILAIOP ...
... VTILA ...
... RVTLIA · IE ...

Mancini apud Pighium f. 6.

Dedi ut traditur, nisi quod v. 1 in. et v. 4 in. singulas litteras supplevi; 2 fortasse fuit *trIB·MIL A POP.*

3837 Tibure apud Lollium.

SALLI^{ae}
P SALL^{ius}
P
LIBERT
5 SIBi · ET · LIB^{ertis}
POSTER^{isque eor}

Revillas sched. Berol.

5 SIBL traditur.

3838 una cum n. 3672 et 3779, ut Tiburtinam, exhibet AM. 9743, inter inscriptiones in villa Panfili extantes AM. 9736. Cf. ad n. 3752 et 3779.

HIC EST · ILLA · SITA · DVLCIS
SALLVSTIA · RVFA
QVAE · SEMPER · MERITIS
PRAESTITIT OFFICIA ·
5 Q · MARCIVS PHILIPPVS
ÓLLAS · DVAS

Amati ms. Vat. 9736 f. 64 et 9743 f. 34, idem misit Borghesio, ut intellegitur ex epistula huius ad illum data d. 24 Dec. 1820 (opp. 6 p. 185 seq.). Ex schedis Amatii ed. Henzen ad Borghesii opp. 6 p. 187 not. 1.

5 de stirpe Marciorum Philipporum liberae rei publicae cogitavit Borghesius, non recte ut puto.

3839 lapis Tiburtinus, Tibure apud St. Violam.

SALVILVS
ANTONIA · M
SIYR · AN
XIII § II P

St. Viola giornale arcad. 119 (1850) p. 282.

Dedi ut traditur; vv. 3. 4 non intellego.

3840 Tibure rep. anno 1833 ibi ubi n. 3633 VIOLA. In villa Gregoriana MOMMS. Ibi nunc non extat.

L · SELLIVS · L · F · P
APPENNIN
VETTIEN A · C · . . .

Descripsit Mommsen. S. Viola giorn. arc. 58 (1833) p. 345, *cronaca dell' Aniene* (1835) p. 129; Massimo *relazione* p. 384 n. 36.

3 duas ultimas litteras non vidit Momms.

3841 Tibure.

SEMPRONIAE · TYCHE
CONIVGI · CASTISSIMAE
ANTONIVS · SEVERVS
MARITVS
5 ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE · EORVM
M · S · S · H · N · S

Manutius orth. 243, 68 (inde Grut. 826, 9). Aliunde non novi.

7 scr. H · M · S · S · H · N · S